Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et medus psisq; imperio succedentib⁹ babylonii ho
mines humilis fragilisq; naturę se esse intellexe
runt. Nota ordinem. qui in imagine caput aureum
dicitur: hic leena appellatur: Et ecce bestia alia
similis urso in parte steit. et tres ordines erant
in ore eius. et in dentib⁹ eius. et sic dicebant ei. Surge
comede carnes plurimas. Bestia secda urso similis.
ipsa est de qua in uisione statuę legimus. pectus
eius et brachia de argento. Hęc obduriciam et fero
citatem urso comparatur: Rigidum enim et pareio
ris uictus in morem lacedemoniorum regnum
psarum fuit. ita in pulmento sale utebantur et
cardamo. legamus cyri maioris infantiam. Quodq;
dicit in parte una steit. sic hebrei interpretantur:
nihil eos aduersum isrl crudele gessisse. Unde et
in zacharia pphęta equi albi uocantur: Tres autem
ordines siue uersus qui erant in ore ei⁹ et dentib⁹
quidam sic interpretatus est. ut regnum psarum in
tres principes diceret fuisse diuisum. sicut in
περιποτε balthasar et darii legimus tres fu
isse principes qui. c. xx. satrapis pfuerunt. Alii autem
tres reges post cyrum fuisse psarum autumant.